



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilman

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

11. Exemplum memorabile per omnia simile superiori.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

LIBER I.

29

di posset: S. Theodorus sumpto diuinæ communionis poculo, ut id illi impartiret suspirās ad Deum suspexit, & ilicò vincula humili cum strepitu conciderunt. Quamobrem cùm milites tumultarentur, & ad fores claudēdas curserent, ne Georgius fugeret: Nihil, inquit S. Theodorus, timeatis; Ego enim gratum & sincerum huius viri animum planè noui. Cùm igitur illi diuina mysteria tribuisset, voluit etiam, vt simul cum custodibus apud se cibum caperet.

Venerab. Beda in *historia Anglicana lib. 4. cap. 22.* refert exemplum memorabile per omnia simile superiori, cuius etiam meminit D. *Vilbelmus Lindanus lib. 4. Panopl. Euangel. ca. 55.*

C A P. XI.

R Eserit Beda, qui ab eximia cùm fide tum probitate venerabilis cognomen inuenit fratrem regis Merciorum Edifridi suorum magna cum strage fusum, inter quos & adolescens nobilis Imma cecidisse cerebatur. Huic frater erat Germanus Iunna presbyter atque Abbas, à cuius præstantia & Iunnaci oppidum nomen tenet, cui cum de fratribus internecione foret nunciatum, ille ad castra properans, cadauer sepeliendū inquirit: quod ubi se inuenisse crederet: (nam fraternus amor iudicij aciem nonnunquam obnubilat) dominum aduicit, honorificè sepeliens, atque pro absolutione animæ eius sæpius Missas facere

B 3 cura-

30 COLLATION. SACRAR.
e curauit. Porro ille cum viueret, fraterne pietatis atq; supplicationis expers minimè existit. Nam vinculis nullis, (quod vel hostes ad eum demirabantur, ut literis solatoriis, quas dicunt præstigiatores, asserberent) aut stringi, aut vinci potuit, idq; maximè sub horam tertiam quando ex prisco illo Apostolorum ritu Missæ peragebantur. Quo miraculo hostes, quibus captiuus tenebatur, obstupefacti, cum Londoniæ cuidam Fresoni vendiderunt, cui chum idem quod illis acciderat, eueneret, ei facultatem se redimedi fecit. Ad fratrem igitur cum rediisset, exposito quid incommodi, quid ut commodi per illud accidisset, deprehensum est, illis maximè temporibus soluta illi fuili hostium vincula, quibus pro eo fuerant Missarum celebrata solemnia. Quo Christians Missæ visu testatur Beda, multos qui hoc a illo ipso Imma audierunt, qui ipsi retulere, de accensos ad offerendas Domino pro suo rum creptione, qui de sæculo migrarant, vidimas sacræ oblationis. Intellexerunt enim, a eodem cap. 22, lib. 4. quām sacrificium salutis ad redemptionem valeret & animæ & corporis sempiternam.

Simeon Metaphrastes in vita S. Ioannis Eleemosynarij Archiepiscopi Alexandrini, habetur apud Scriptorium, i.e. de quodam cuius vincula soluebantur tempore, quo pro illo offerebatur sacrificium Missæ.

61